

none prosthapherefeon H deprehendo $\pi\rho\omicron\sigma\theta\alpha\phi\alpha\iota\gamma\epsilon\omega\sigma\iota\mu$ Eccentri partium 2. scr. 57 1^a , 3 2^a , in hunc modum. Ingenti Canonem cum 0. sex. part. 28. obijciuntur part. 2. scr. 54 1^a , 53 2^a , cū differentia descendenti scr. 5 1^a , 47 2^a . Nam quia 0. sexag. in capite Canonis scripta est, sumi debet differentia descendens. Alioqui sumeretur differentia ascendens, si sexagenæ anomalix Eccentri adscriptæ essent imæ parti Canonis. Iam scrupulis 22 1^a , 35 2^a , quæ adhærent 28. part. anomalix congruunt de scrupulis 5 1^a , 47 2^a , scrupula 2 1^a , 10 2^a , quæ adiecta part. 2. scr. 54 1^a , 53 2^a , eo quod æquatio adhuc crescit, cōstituunt emendatam æquationem Eccentri partium 2. scr. 57 1^a , 3 2^a . Similiter inuenies scrupula proportionalia 2 1^a , 34 2^a , quæ interea adferuentur. At Eccentri æquatio ablata anomalix eccentrici, tum motui longitudinis, addita uero anomalix cōmutationis, quia ipsa eccentrici anomalia minor est semicirculo, efficit cōæquatam anomaliam eccentrici sex. 0. part. 25. scr. 25 1^a , 32 2^a , similiter motū longitudinis sex. 4. part. 25. scr. 36 1^a , 44 2^a . Anomaliam deniq; cōmutationis sex. 2. part. 11. scr. 17 1^a , 45 2^a . Per hanc rursus ex eodem canone prosthaphæreseon accipio æquationem quidem orbis emendatā part. 4. scr. 45 1^a , 29 2^a , addendā eo quod anomalia cōmutationis semicirculū nondū cōpleuit. Excessum uero scrupulorū 37 1^a , 5 2^a , de quo pars congruens scrupulis proportionalibus 2 1^a , 34 2^a , est scr. 1 1^a , 35 2^a , addenda emendatæ prosthaphæresi orbis, ut fiat iam absoluta part. 4. scr. 47 1^a , 4 2^a , quæ addita cōæquato motui longitudinis ostendit uerā planetæ distantiam à prima stella V sex. 4. par. 30. scr. 23 1^a , 48 2^a , & addita uera præcessione distantiam ab æquinoctio adparenti sex. 4. part. 57. scr. 23 1^a , 17 2^a .

Eodem peruenies hac uia. Absoluta prosthaphæresis orbis rursus addita anomalix cōæquatæ ostendit uerā stellæ longitudinem ab apogeo eccentrici sex. 0. par. 30. scr. 12 1^a , 36 2^a . Ipsum uero apogeon abest à uerno æquinoctio in consequentia sex. 4. par. 27. scr. 10 1^a , 41 2^a , quæ adiecta proximis numeris ostendūt similiter, ut prius, H stellam abesse ab apparenti æquinoctio uerno sexagenis 4. part. 57. scr. 23 1^a , 17 2^a .

Poteris etiā hac uti ratione, ut motū æqualē longitudinis relinquant in æquatū tantisper, donec inuenta fuerit & altera prosthaphæresis orbis scilicet. Postea si utraq; prosthaphæresis eccentrici fuerit eiusdē qualitatis seu adfectionis adde inuicem, & summā hanc adde uel aufer motui longitudinis, prout ambæ æquationes fuerint uel addendæ, uel subtrahendæ. Sed si fuerint diuersæ adfectionis, minorem prosthaphæresin aufer à maiori, & reliquū adde uel aufer, secundū maioris prosthaphæreseos proprietatem adiectiuam uel ablatiuam. Ita enim comparabis uerum locum Planetæ à prima stella V . Quod monuisse satis est.

Recite